

& tædet dicere. Placet, quia multa placent. nam siue defæcati sermonis puritiam spectes, merus lepos: siue priscas negotiorum formulas, multæ, & elegantes. Tædet, quia pleraq; quorum metæ tædet: seu quæ abominor prorsus. Vis enim illas venerandæ antiquitatis gemitas legere? Has necesse est quæras in putore, seu stercore rabidi, & nefandi illius Cupidinis: cuius fætidissimæ faces, imo fæces in eiusmodi quæstu tibi elucebunt. Proh Christiani pudoris candorem? Ethoc vidit Lipsianus Dousa, hoc Richardus: illius Præcidanea, huius Notæ librum exornant. At improbanda non approbant. Esto, sed quid vetabat, turpia expungere? Hec si demas, dicent, quid reliqui fieri? Verum, inquam, quid impediebat, pro Gitone Gitonam reponere? Hei mihi: quam pessimo exemplo talia luce donantur: & quā carissimo precio hæ vetustatis reliquiae, & cineres nobis emuntur. Quotus enim quisque est, qui eiusmodi ne quidem antea cogitata, semel tamen lecta stupefactus non admiratur: & inter admirationem, & incredulitatem fluctuans ad aliquid turpe cæca quadam cogitatione ebrius non pelliciatur? Erubescant igitur qui talia legenda exhibent. In exercentes insurgant leges, armentur iura gladio vultore. Vel potius, ô

*Flamine qui terras terres, & fulmine torres.*

*Fulmine fac subito talia monstra peti.*

Mo-